

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VIII. Noëmus ædificat Arcam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

mittebatur. In alia habitacula accensis cereis eundum; aut si plures tūpā fenestræ (quod Auctoribus ferè dubium) potuit in totam contignationem hanc duásque ceteras immitti lumen. Credibile , fenestram è lapide speculari factam. Multa scala ascensui & descensui , foramina multa tam ad deferendum commeatum , quād ad fortes effendendas.

Quinta.

Gen. cap. 6.
v. 16.

Pars arcæ quinta. Tectum illius tam modicè decline, ut in medio sion altius uno cubito fuerit. Quod Noëmo Deus singulariter præcipiens , In cubito , aiebat , consummabis summatum eum. Id ideo factum , ut & ventis resistet , & nimbus posset effundere. Hæc omnia divino iussu & consilio sunt perfecta. Hancenim partium divisionem Deus clarissime prescribens , Deorsum , inquit , canacula & tristega facies in eâ. Quod Hebrei sic efferunt: Inferiora , & secunda , & tertia facies eam. Volut ergo contignationes. Deus tres esse contignationes in arcâ. In primam , ut Hieronymus interpretatur , vocat deorsum , medium canacula , supream sive tertiam appellat tristega.

Multa hîc pro rorū admiranda : ipsa maximè compages arcæ , multitudō trabium & magnitudo , omniumque ipsarū se partium firmissima connexio. Hanc autem obstupefactam fabricam appellari Deus voluit non navim , sed arcam : nam arcæ aut feretro longè similior erat , quam navigio. Afferentes non curvati , sed directi , supra intrâque clausa omnia : nam ex omni parte impetrabatur pluviis , falso per illos quadraginta dies ; arte regebatur , non humana ut navis , sed divinâ. Arca Varonii quid fures arceat , hec aquas. Deinde hic totus velut arcâ inclusus tamdiu natabat orbis.

§. III.

Arce compago fuit à Deo dictata.

Gen. cap. 6.
v. 14.
Curbitumine oblitia fuit arcæ.

Hoc loco accuratiū obseruandum , arcæ compaginem adeò minutum & membrarim esse dictatam à Deo , perinde si ipse nullam habiturus esset illius curam , quam tamen habuit providentissime. Nihilominus omnia Noëni cura videbantur transcripta : quidquid enim adversus aquarum vim repellendam , ad sustentationem vite spectabat , euri Noëni mandabatur , speciatim illud: Bitumine limes intrinsecus & extrinsecus. Bitumine , non pice. Bitumine Syriacum censebat optimum , tenacissimum. Omnes ergo parietes totumque opus intus oblitum , ut si quid exterius aquæ vis abradaret , interior firmitas resisteret. Dein frontem animalium , in loco concluso ceteroquin intolerabilem , bituminis & cedrorum odor diffusellet. Sed & istam habuit utilitatem hic bituminis illitus , ne fabrica , priusquam sui finem attingeret , vitium faceret , ruinam minaretur , aut vermes cariēque reciperet.

Opinatur Joannes Buteo , in supremo tabulato ad renovandam auram , erecta utrinque spiracula velut caminos sub arcæ tectum pertingentes , eo artificio , ut aquarum nihil admitteretur. Præterea Noëmo sic erant disponenda omnia , ut in neutrum partem ninium arcæ vergeret , sed æquilibrio ferretur.

Ergo mandata Numinis ad præscriptam formam exhaudienda erant exactissime. Siquidem nemo unus erat , qui minis crederet , non nisi parcer , virtus emergere. Frustra exhortationes , frustra fatidicum arcæ spectaculum , jam pridem luxu & deliciis submersi nil audiunt , nil admittunt sani consili , dies noctesque perigracari & libidinari unum omnium erat negotium. Heu statum orbis miseritum! Sed hîc geminum pro more documentum nîcetum.

Primum : Delicias abdica. Felices & quieti dies , otium voluptati juncturi , certum hominis exitium : lasciviens felicitas moribus est pœnæ immedicabilis , Pauli Tarsensis dicto : Quæ in deliciis est , vivens mortua est. Ejusmodi mortuis concionari difficile ; nil audiunt. Apud hos nec Noë , nec Isaías , nec Ezechiel , nec Hieronymus , nec Oseas , sed nec Petrus , nec Paulus quidquam proficiunt. Petrus

A quidem contentissimè concionatus , Hi verò , inquit , ut irrationalia pecora , naturaliter in captionem & permisciem , in his , que ignorant , blasphemantes , in corruptione sua peribunt , percipientes mercedem iniquitatis , voluptatem existimantes dier delicias coinguinationis & macule , delicas affluentes , in convivio suis luxuriantes , oculos habentes plenos adulteri & impossibili delicti , pellicentes animas infibiles , cor exercitum avaritiam habentes , maledictionis filii derelinquentes relatum erraverunt.

Nil horum audiunt , mortui sunt , nec arcam nec Noënum flocci faciunt ; delicias suffocati sunt. Ergo delicias abdica , & fac tibi arcam. Delicia corruptum & perdunt. Arca operosa defendit ab interitu. Quæsto , mi Christiane , ne quietem otiosam & suaves vita periodos hîc cogites. Non dum domi , nondum es in patriâ. In celo quies est nunquam turbanda , super altra vera sunt delicia. Hîc inter ventos & fluctus , inter procellas & tempestates elatandum , ne trepidi , né animum demittere. Medius undarum fluctuat Noëmus , sed ita servatur , aliter periturus. Ad portum non nisi per fluctus tenditur , ad celum non nisi per adversa pervenitur.

Alterum documentum: Dei protectionem implora. Cum à Deo Psalte hilaris canta : Qui habitat in adjutorio Altissimi , in protectione Dei cali commorabitur. Expende tecum , obsecrabo , qui Deus impiorum gaudia turbarit ? Eluvione fuisse nivit nefarios lusus. Interim suos idem optimus Deus in ligneum carcerem conclusos , in orbis interitu servavit incolumentes ; cistâ eos robustissimâ velut sacra pignota custodivit. Quisquis supremum hunc protectorem agnoscat suum , sicut illi quam integerimè commitit , salvo animo indemnus & fecurus agit ; ruat celum , non ferient illum ruinæ : in adjutorio Altissimi habitat , in protectione Dei cali commoratur , liber est & turus. Fecit sibi arcam , Deo se tradidit penitissime. Dixit Dominus tuus: Susceptor meus es tu , refugium meum , fortitudo mea , firma , momentum meum , liberator meus , protector meus , misericordia mea , virtus mea , Deus meus sperabo in te. Idcirco Dominus cum ipso est in tribulatione , exaudiens eum , proteget eum , liberabit eum , eripiet eum , glorificabit eum , longitudine dierum replebit eum , & ostenderet illi salutare suum , quoniam in Domino speravit.

CAPVT VIII.

Noëmus edificat Arcam.

PLUVIA , si naturam ejus spectemus , humectaterram & fecundat : est tamen alicubi solum , quod pluviis infusum siccus fiat & durius. In Narvensi agro , teste Plinio , tellus siccatur imbris , estu humectat. Admonitiones , horramenta , conciones èd sunt , ut si quis monetur , mitior fiat ac tractabilius. Verùm sicut subinde pluviis , ita sèpè monitis non responderet , qui sperbatur effectus. Non raro asperi ingenii homo commotionibus deterior redditur & obstinatior ; quemadmodum immixtus & degener tellus magisque indurescit imbris.

Noëmus eos habuit auditores , qui quanò plus monabantur , plus ridebant & jocabantur , tantò contumaciores , quantò crebrius admoniti. Decerum igitur suum Deus exqui coactus , non solum dictavit arcam fabricari , sed & expeditas manus admovevit jussit fabrice illi horrendæ. Itaque Noëmus operis initium fecit , & industria fabrili ligna cœpit contruere , ut vel inveniret ipso edifici aspectu tabulis terrorentur , & ad penitentiam emollientur impii . Quo autem loco Noëmus caminatus adificare caperit , quo tempore , quæ materiæ , num fornicatus , an cum filii & operis mercenariis , & quomodo de emendatione omnia Dei iusta exhauerit jam explicabimus.

Noëmus iusta exhauerit jam explicabimus. §. I. Sic ut

Duplex documentum.
I. Delicias abdica.1. Ad Tim.
Cap. 5. v. 6.

§. I.

Sicut Deus in minutis partibus ad arcum spectanti-
bus dictandis admirabilem ostendit providentiam,
ita Noëmus in exequendis iustis divinis insignem ex-
hibuit obedientiam. Quam providus Deus in iubendo,
tam promptus Noë in exequendo. Quod divina pagi-
na testatur: *Fecit igitur Noë omnia, quæ præcepit illi Deus.*
Cos. cap. 6. Idque in confirmatione repetitur: *Fecit Noë omnia, quæ
mandaverat ei Dominus.* Idque spe singulari, eximiâ fide,
charitate maximâ, nec voculâ, nec apice, nec litterulâ
omisâ, nec solum fecit omnia, sed eo etiam prorsus
modo quo illi fuerat imperatum, & in eo quidem ope-
re, in quo sexcenta tedia tempora tam prolixo facilè
obrepserint. Quod coepit, finit, mille molestias devora-
vit, laborem centum annorum constantissimè perfe-
cit. Satis ei erat, Deum ita velle; Voluntas Dei suavia
illi fecit omnia.

Quod ad locum attinet, quo arcæ fabrica surrexit, B
pagina divinitate nihil asserunt. Conjectura est pronisi-
ma, ad Caucasum montem, qui in Indianum porrigitur,
hoc opus elaboratum, ubi facilius & è monte & per
aqua haberi ligna potuerunt. Huc profectò fabula
Promethei spectat, qui Noëmum iugi labore Caucasum
alligatum priscis repræsentabat. Hoc certum sati-
videtur, arcam extra urbem in planicie ubi ibi tandem lo-
corum in oculis omnium ædificata, ut sic assidue mo-
nerentur resipescientia, & vel sérò dicent: Dies anni-
que transiit, surgit opus, fatale tempus imminent, aga-
mus pœnitentiam. Quis umquam vidit ipsam concio-
nari cathedram? Hic factum, ut Rupertus loquitur,
prædicante ipsis publica arcæ fabricaturâ. Ira Noëmus
monitis & exemplis, ipso silentio, ipsa cathedra sua, &
arce incremento concionatus est.

Quod ad fabrica tempus spectat, Origenes, Augu-
stinus, Gregorius, alii centum annis elaboratum hoc
opus asserunt. Mi Deus, quam assiduus, quamque diu-
tius labor! Sexcenties illum fastidit ac nauicere, sex-
centies in perficiendo desperare, quid adeò fuisset mirum?
Plurimi alii in hanc operam conducti liberè dixissent:
Malo mori, & horulam tristiorum unam subire, quam
tamdiu, annorum serie tam prolixâ, tantis laboribus
exerceri, convivis omnium & calamitiis peti. Cur ego
solus sim eximus & singulatis, cur excipi velim numero,
& conditione esse præcipuâ: si quid omnibus & uni-
versis imminet mali, me quoque feriat. Quancus hic
Noëmus, quam eret etsi, ingens, quam excelsus laborem
tot annorum conducedit, operam infinitam
in se recipit, quod Deus verbo, quod natus in Angelorum
aliquem transferre potuisset. An Noëmus Deum
absurdè cogitasset, hunc in modum: Mi Domine, quid
me meāmque familiam fatigare vis frustra? Tot tibi
millia sunt Angelorum, pñne dixerim, otiosorum, quo-
rum unicus hac omnia mihi præcepta conficerit ce-
lerrime. Quid opus huc struetur tot annos, vates
dinem, vitam impendere? Nihil horum oposuit ex-
pediuita Noëmi obedientia. Nos sèpius ante labo-
rem fessi, non annos tantum numeramus, sed dies &
pane horas, utr queruli vinitores illi, Nos, ajebant, por-
tarimus pondus diei & astus. Nos exceptimus solis jacula,
nos sudavimus, nos perseveravimus in vineâ. Ita ser-
vorum plurimi, Huic domino, inquieti, tot annis servi-
mus fidelissime, vix tenuis ac præparcum ad nos salar-
ium redit, nihil præmii, nihil amplioris gratie speran-
dum, sed nec estimatio ulla est obsequiorum. Sed dic-
tu, obficio, quisquis hæc quereris, cui servius? Huic
domino soli, nonne? quandoquidem à solo remunera-
tionem expectas.

Hic ego ingratum durumque animum tui domini
non laudo, sed haec tibi meridillimo contingere ajo; haec
pena te digna est, qui Deum non cogitabas, sed huma-

Tom. II.

A nis solum oculis placere affectabas, solum domini tui fa-
vores ambiebas: en mercedem, quam quærebas. Hæc
tibi, tuique similibus jure sunt æquissimo. Hoc illis
premium debetur, qui diuinis favoribus neglectis, tam
studiosè ambiunt humanos. Noëmus centum annorum
operam, promptus, paratus suscipit, quia soli placere
Deo quæsivit. Cum igitur sumptu laboris ræsum obre-
pit, cum fatigatio deicit, in oculis sit annorum centeno-
rum labor Noëmi, cui perpetuando pax adamantina
opus erat patientia.

III. Materia porræ fabricæ diversi generis fuere li-
gna, cum alia aliis partibus sint commodiora. Ni-
rum techo, parietibus, scalis, pavimento, aliud prælio
ligni genus magis conveniebat. Multi cum Paraphrase
Chaldæo existimant arcam parte maximâ è cedro fa-
ctam. Durat hæc cedita materialia in aqua, levitate præ-
star, supernato excellit, cariem necit.

Magnam cedrorum copiam gigan- Syria, nec arbor
ulla ferè melior ad asperos proceros. In Cypro succisa
cedrus ad Demetrii regis navigium, pedes triginta &
centum longa, ad trium hominum complexum crassa
fuit. In divinis voluminibus cedrorum proceritas lau-
datissima; altiora quoque cedre conferuntur. De pro-
fectu virtutem amantium Hebreus Psalms, Iustus, ait, Ps. 91. v. 13.
ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, ad mel-
iora jugiter succrescendo. Ita cedrus ad arcam stren-
uam commodi oris vifa, quia firma, levis, odorifera. Qui
pineam aut abiegnam arcæ materiam affirmant, faci-
lius hæc, putem, asserunt, quam probant.

§. II.

Sed hæc quæstio sit, an solus cum filiis Noëmus tan- Noëmus
tam machinam conficerit, an socios opifices adhi- non solus
buerit. Equidem centenis annis ab industriis quatuor cum filiis
viris maximis machina exasciari potest. Credibile
tamen, plures rerecede conduetas operas in arcâ con- arcani
denda laborasse. Perinde ut impius miles, vel ducem
sequeretur diabolum, modò is castrense peculum nu- conficit,
meraret: ita illi fabri lignarii homines improbi, tametsi
miraculi divinis nihil tribuerent, & suos ipsi labores it-
ridarent, tamen lucri gratia & mercede adducti auxilia-
res manus præbebant. Quod si complures in opere illo
desudarunt, facile conjectare est, quam prodigiosum
opus annis centenis possit confici.

Athenæus fide dignus scriptor rhetorat, ab Hiero- Navigii ab
ne Siciliæ rege navigium incredibilis magnitudinis stu- Hierone
ctum. Tancus ad id apparatus ex Æthna convectus, rege Siciliæ
quantus sexaginta tritembus faciens sufficeret. Fabri
lignarii trecenti, præter alias subfervientes operas fu- magitu-
do. re. Habuit ea navis contignationes tres, remigum ordi-
nes viginti. In eadem aquarium amplissimum, pice illi-
tum dulcis aqua plenum duo millia metratarum capie-
bat. Attica metreta, qualis hæc, mensuras triginta sex no-
strates continet. Universæ igitur picatus hic aquæ car-
cer septuaginta duo millia metratarum continebat.
Hic insuper piscina laminis plumbeis opertos, copiosissi-
mo pñce frequentata. In eadem hac navi, tres mali,
duodecim anchoræ, octo turres visibantur. Ad com-
meatum spectaculum hæc erant decem millia saltamento-
rum dolia, oræ carnium vixginta millia, aliarum sarcina-
rum totidem modiorum frumenti. Aginta millia. Hæc
cum facello domicilia plurima, hæc stabula & exercitii
dis equis circus. Hæc navis inventum Archimedis dici-
tur, quod Archimelus Poëta epigrammate celebravit,
eoque modios tritici mille sibi peperit. Verbo, hæc stru-
ctura potius *Vrbs ambulans*, quam navis appellanda. At-
qui unius anni spatio manus ei ultima fuit imposta.
Quidigitur de arcâ dicendum, quam vix centum anno-
rum industria ad umbilicum deduxit? Ne, quæsto, sece
Hieronis navigium cum Noëmi arcâ exæquet, fortassis
illâ majus fuerit, alii tamen pluribus ea fuit inferius.

Rr

Quanta

Quanta pòrd incredulitas eorum hominum & improbitas erat, non solum oculis spectare præsens opus, sed manus ad id commodare, ut alii evadant, seipso perdite negligere. Miratus id Augustinus, *Arca fabricatores*, inquit, *præstiterunt alii, ut evaderent, non sibi*. Proinde Paulus Noënum prædicans, *Fide, inquit, Noë responso accepto de iis, quae albuc non videbantur, aperteus aptavit arcam in salutem domitis sue, per quam danna it mundum, & justitia, qua per fidem est, heres est institutus*. Fecit Noë omnia quæ preceperat illi Deus, & eo etiam modo quo præceperat.

Hbr. c. 11. v. 7.
Instituti heres Noëmus, de quo &
Sibylla l. 1.
Inter eos omnes unus
justissimus, atque verax
Noë fuit, sed
rebus Noë
fisis addi-
ctus.

Cur autem Deus ad strictam aedem formulam, & perquisitè ad unguem facienda exigit? ita, ut si paullulum à Præscripta formâ exerrémus, frustra & perniciosè laborremus. Completes numerantur caußæ.

§. III.

I. **Causa.** *V*t debita in cunctis servetur ordinis connexio, cur Deus tam exquisitè sibi velit serviri. *Pod* in artibus & opificiis fieri videamus, cùm tam exquisitè sibi ve-
lit serviri. *alia* alijs adjumentum subministrant. *Typographium* ingredere; hic cernes, qui formæ æneas componat, illic qui septem typis illinat, istic qui prælum regat: si eorum unicus sit negligentior, charta sordida, mendoſi libri, characteres & versus fugientes excuduntur. In Belgio pictores studiis nonnumquam pingunt partitis. Est qui solùm pingat quidquid florum & frondium imago deſiderat, alius vestes tantum, ifte vultus, animantes ille penicillo exprimit; alter, alteri fert suppetias. Ita Deus nobiscum pacificitur: Factu quod in te est, & fac gnauerit, ego meis partibus non deero. Deus Hebreo populo annis quadraginta ideo dedit manna è nubibus, quando agriculturae in vastâ solitudine non poterat vacare; at ubi Jordanem transmisserunt, subrinxit eis hanc alimoniam: tunc enim serere poterant & mette. Jussi ergo sunt, quod suum erat facere. Ita Deus cum unoquoque nostrum partitur operas, monētque fideliter: Hoc mei muneriſ est, hoc mihi curandum linque; hoc autem tui est officiū, hoc tu cura; tuas mete legetes, in alienas ne falcamit mitte. Ita in Republicā cavet Magistratus, ne quis alienis inhiet comodis, ne partes alterius præoccupet. Ad præscriptum autem nos laborare vult Deus, quoniam ipsius voluntas, omnis humanae actionis regula est; curvum est quidquid ab hac aberrat.

II. **Causa.** cur Deus tam exquisitè sibi velit serviri, est, ut noverit homo pauperculus, quantum Deo debeat pro affiduis, quibus afficitur, beneficiis. Quantillum verò est omne id, quod humana præstat actio, si conferatur cum eo quod Deus actioni confert humanae. Inspectiam pomum Punicum, aut de vite botrum: quis grana componit, quis acinos jungit, quis colore tam nobili pingit, quis liquorem tam suavem infundit? si humanae loci efficiendum sit industriæ, quanto tempore, quibus ad id instrumentum opus foret, & parum tamen efficeretur. Vult igitur Deus optimus, ut quis, quod potest, faciat, certa divina providentia commendet: quemadmodum filiolus in paternâ domo de frumenti pretio sollicitus non est, parentis id curæ relinquit. Unicus sit parvuli labor, sollicitudo unica, exactissimè parentibus obediens.

III. **Causa.** ut condicat homo accuratè obsequi Deo, restet ergo quæ dicitis quæ factis illum esse Dominum omnium. Deus olim imperans Hebreo Jonas, *Sur- vers. 2.* *ge, ajebat, & rade in Niniven civitatem grandem, & predica* Jonas circa in ea. At verò bonus Jonas divina iussi suavissimè suo arbitrio interpretatus, navim confundit, & totſititer in Tharsis. Inde calum omne turbari, mare furent, naves atrocibus procellis concusse, ea maximè, quæ Jonas vebat, decumanis fluctibus impugnata, proximum minabatur interitum. Jonas misis sortibus velut Neptuno victima in aquas præcipitatus, & ab immanni ceto,

A in eſcam exceptus est. Triduum hoc vivo carcere latavit miserè, sepultus antequam mortuus. Triduo clapo- ceter bolum hunc indigestum, quem præcipitanter glu- tierat, revomens, Jonam in littus ejecit. Deus iterum urgens, *Vade, ajebat, in Niniven*. O mi bone Deus! potui- ſti præcipere pisci, ut eſſet Jonæ triduo pro navi, eodem iusta, eadem prorsus potentia, eidem bellue impetrare licuiffet, ut Jonam ulque Niniven deveheter: quanto vir ifte superfedisset labore & itineris, quod erat conſciendum, ingens habuiffet compendium. At Deus in priore sententiâ perseverans, *Vade, inquit in Niniven*. Pe- dibus hoc iter conficiat, & obedire dicat. O mi Propheta, mi optime Jona! en mare tibi schola, condisci- puli nautæ, ceterus magister: ita nimirum docendus eras ritè omnia ad præscriptum exequi, non ut Tharsis, sed ut Niniven ires imperabatur. Deus, quæ mandat, ea ex- etiſimè, ad unguem accuratissimè vult confici. Ubi ne- gligitur, aut respuitur, aut minus studiosè perficitur, imperium, ibi mox subit peccatum.

Dic enim verò, quid est peccatum? *Volsarius demon*, ait Chrysostomus, & *Sponentia infanía*. Si verbo respon- dendum huic quæſitioni quid peccatum est? Dicimus *Transgreditio*. Liceat ulterius rogare: Quid est transgre- diſio? Petulans ultra metu saltus. Deus & ipsi mari- metas ponens, *Visque hue venies, inquit, & amplius non pro- libet*. Has metas pelagus, has creatæ res omnes oblequis ser- strictissimis obſervant. Nempe terminum posuisti ei, quem p[ro]p[ter]ea non transgredientur. Homo rationis compos transflit & ridet. Ubi ratio? ubi obedientia? Quid Deo responde- bis homo fatue? Quid hoc aliud quam cum fratre fave? Salomonis effatum est: *Sapiens declinat a malo & Pro- timer, statutus transflit & confidit*.

A dices: Nimiris vehemens est appetentia, cohiben- ſe non finit, laxatæ fuit aliquantulum genio habe- na. Quælo te, mi homo, quid aquarum vortices, quid fluctuum impetus, niſi vehementissimus appetitus eg- gitandi ſe in terram? Et tamen continentē ſe mare, & in- concessos reprimi excursus. Tibi rationis frenum, ti- moris retinaculum in manu eſt; nihilominus effundit te in vetum, inque omnem carni perulantiam. Cur non angustius freno uteris, cur habenas non adducis? Pro- mittit Iſaias vicem Dei: *Laude meā infrenabo te, ne inter- ea*. Frenum aureum eſt, laudis, reverentia, amoris in perdu- Deum: adhuc habenas, & competere pravas appeti- tias, ne transflit metas. Ah, quoties politas transgredimur metas, fines, terminos, quos Deus nobis fixit, transflit- mus, & non dolentus, in alijs sapimus, & acutum cerni- mus, hic talpæ sumus, & dementiâ grandi laboramus. Esdras facerdos hic erudit, qui panem non comedit, & *Eſdras* aquam non bibit, lugebat enim transgressionem.

IV. **Causa.** Vult Deus ad amissiōnem, quam ille duxit, *Caſſinos* laborare, ut deprimamur simul, & elevemur atque nobilitemur. Hæc duo ſibimet oppofita ad unum ten- dunt finem. Nec mirum: *Gloriam precedit humilitas*: ad Preceptum ſubmissionem plurimum facit, jugiter laboris aliquid ſubire. Est labor noſter defectibus tam plenus, ut mo- destiæ & ſubmiſionis augendæ maximè proſtitu- ſum, præſertim ad præcriptam normam faciendum inſpicere. Adiutus Christus nos erudiens, *Cum, inquit, facias feceritis omnia que præcripta sunt vobis*, dicens, *Servi inutiles* *Loca* ſumus. Imperito ſcribz, qui curvos pingit verſus, nigra ſu- linea: ſubtus chartam ponuntur traluentes, eique di- citur, *Hos ductus ſequere*. Nempe discipulis & ariam titonibus leges definiimus, normam & regulam præ- cibimus. Dum vivimus, in ſchola degimus, discipuli ſu- mus, Deus definis nobis, quid faciamus, atque ſit profecto maximo nobis honori eſt; hoc utilitatem no- stram insigniter nobilitat, quod Deus formulam rerum agendarum præbeat, homo laborem adjungat. Hac lo- ciatis proba eſt conventio: ſuam partem dat Deus, dat ſuam & homo: Deus normam & agendi gratiā ſuppe-

Secunda.

Tertia.

Ione cap. 1.

vers. 2.

Jone circa in ea.

divina juſ-

ſa tergi-

veratio.

suppeditat, apponit homo industriam, idque pro lucro A communi & æterno.

Deus Noëmo particulatum quid faceret, diæarat, perinde si diceret: Vir mihi unicè charus, sed etiamnum rito & discipulus es, ideo ad præscriptum singula, & prout iussero, fac. *Fecit igitur Noë omnia que præcepérat illi Deus.* Hic geminum ad incepti rationem suggestimus documentum.

I. *Deo labora.* Si tibi tuisque solùm commodis, si humani tantum oculis labores, frustra laboras, ventum 8. feminas, & turbinem metes; *culmus flans non est in eo, ger- man non facies farinam,* quod et si fecerit, alieni comedent eam. Cùm non laboratur Deo, sape maximi laboris præmium mere sunt ingratia. Merces æquissima laboribus tam vanis. Deo igitur labora, cui non solùm est dives arca, sed etiam exactissima scientia, quantum quicque laborarit, quantum promeritus sit. Labores nostras omnes præmium longissimè superabit. Ergo quidquid agas, Deo labora.

II. *Industria vinces omnia.* Certum; industria nihil inexpugnabile; perrumpit hæc omnia mille artium inventrix, in laboribus indefessa. Inficiamus, obsecro, Noëmum, cùm caput, cùm manus pedesque lasselunt, contemplemur laborem centum annorum assiduum, quām grandis hic patientia, quām insignis constantia inter tot calamitas & convicia eluxit! In mortis vicinia summo erit solatio, hanc auferre laudem: *Fecit igitur omnia que præcepérat ei Deus.* Obedientia omnia sunt familiæ. *Vir obediens loquitur victorias. Omnia sunt expugnabilia industria.*

C A P V T I X.

Arcæ janua & fenestra à Noëmo inserta.

A Ceuratissimè quidem omnia fabricandæ arca membra dictavit Deus, præcipue vero illa duo, Januam & fenestram. Nam de primo singillatum præcipiens, *Ostium autem, inquit, pones ex lateri.* Hic Noëmus, ut superiori capite demonstratum, tironem se ac discipulum gerere debuit, cui Magister ordine dictat singula, & præscribit, non solùm quid faciendum sit, sed etiam quomodo. In arcâ utique figenda fuit janua, ut ingressus ad eam patereret; utique & fenestra fuit apertienda, ne effter ex toto aut tenebris colueret, aut expers lucis sepulchrum. Quid opus hæc multis præcipere? Nihilominus præcepit ei Deus, peculiariter januæ & fenestram patefaceret in arcâ. Atque hoc ita præceptum est Noëmo, ut ne latum quidem ungues abiret a præscriptâ formulâ, non altiore, non depressiore, nec januam, nec fenestram faceret, sed nec alto loco, quām quo præceptum esset. Serius est atque severus hic Ædilis, qui non vult, ut Noëmus ædificator suus suopte ingenio aut arbitrio quidquam faciat, sed prout ipsi faciendum monstratur. Quid autem hoc ostium & fenestra ista significatus & mysterii habuerit, hoc capite dicemus.

§. I.

*O*stium habuit arca unicum, idque, quod volebat Deus, ex arcæ latere. Credibile prorsus, hoc ostium non in arcæ imo, sed ab uno pedes septenos & femis numerando, nempe uno ac dimidio pede altius sentinâ ita collocatum ut catenæ attrahî ac dimitti, sicut pons versatilis, potuerit; ita ut omnia animalia veluti per pontem ascenderint. Eo modo ostium istud rectâ ad tertiam & infimam contignationem pertingebat, ita quidem, ut pecus omne ingressu primo in suas statim mansuicias & stabula deduci potuerit. Puratur hoc ostium quindecim pedes longum, septem aut octo latum fuisse, foris claudi, intus aperiri ad instar fenestræ potuisse.

Ita unica in arcam janua dabat ingressum. An unica Tom. II.

tantum fuerit fenestra, incertum. Plurimorum opinio fuerit fe-

lest, nec incelebris, plures fuisse. Cùm autem pagina di-

vina nullam ejus rei mentionem faciat, difficile est plu-

res unâ statuere. Hinc autem sciri poterit, Deum stru-

eturæ hujus fusile architectum, quando se noscendum

exhibit è stylo suo. Omnes pæne artifices certis digno-

ties cer-

noris ex ipso ædificandi modo: iste operosâ, hic gracili,

artificie

iste durabilis strukturæ; speciöse alius & ad pompam edi-

artificie

ficat: ita pictores, iste leni penicillo, duriore alter, illi noris.

volante pingit; hic è proportione ac symmetriâ, alius

noscitur coloribus; iste amœiores vultus, ille vestes,

& omnes earum plicas pingit felicius, suo quicque stylo

& pingendi modo animadvertisit: ita musici digno-

sunt, iste solam spectat artificium, sed minus probata

auribus, iste canit templis graviter & accommodatè

verbis, hic suavitatem maximè secatur; cantum alius

pingit, flexiones & ornamenta cromatica precipue qua-

B rit, suis quisque modulis arguitur. Ita scribendi Latinè

ac loquendi stylus diversissimus; hic laciniæ exar, am-

pullat verbis, & sequipedales jaclatæ voces; hic verò

non longos logos, sed orationem adstrictæ factam in ufo

habet: hic piætam amat & floridam dictionem; ille vul-

gari ac flaccidâ phrasâ utitur, iste erigit se & plebem

non sapit, terram alius & castigatam Latinitatem æmul-

latur; quisque suo loquendi, scribendi, cantandi, pin-

gendi, ædificandi gaudet stylo.

Primus omnium architectus ingens initio, & pæne

dixerim, infinitum struxit ædificium. *Principio creavit Gen. c. i. v. x.*

Deus celum & terram. Ampia protæcto domus. Ampli-

dinem terræ difficulter capimus; immensitatem cali

quomodo capiemus? Hic quæstio sit, quâ portâ celum

ingressi sint Angeli, quâ nos? per amplissimam sanè, per

grande nihilum: *Terra autem erat inanis & vacua. Vnu ergo, Ibid. v. 2.*

Sapientia res, introitus est omnium ad vitam, & similis xi-

tus. Sed idem hic architectus magni hujus ædifici ad-

C umbrationem in homine delineavit in ædificio hoc mo-

dico magni imagine fenestellas duas, geminos locavit

oculos, sed unam dumtaxat januam, os seu lingua pon-

tem planè versatilem, modò submittendum, modò at-

trahendum, *Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Ec- Iac. cap. 3.*

ce igitur hic stylus est architecti summi, plerumq; unam

tantummodò januam suis inserit ædificis, imo in suam

ipius domum duxatax unum unicum patefecit ostium,

Christus aperitissimè, *Ego sum ostium, inquit, nemo venit*

ad Patrem nisi per me. Hic stylus est hujus architecti, ad

maxima ædifica unicam plerumque januam pandere,

ut tantò melius custodiatur domus, quanto pauciori-

bus clauditur ostii. Multæ januæ vicit non paucis fa-

vent, hac Mercurius, hac irrumpt Venus, per alias alia

vitorum monstra subrepunt. Cùm igitur unum sit cor-

poris humani ostium, os seu lingua solleritissimè atten-

dendum, ne quis ingredientium aut egredientium fure-

tur & expilet domum.

An autem in arcâ plures unâ fuerint fenestra, incer-

tum esse diximus. Non pauci opinantur, in terciâ con-

tignatione, in hominum & volucrum domicilio fuisse

plures minores, è vitro aut speculari lapide, qui periu-

de ut cornu, teste Plinio, in lanellæ tenues secati potest,

ita ut per illas lux, non item aqua potuerit penetrare,

Rabbini Hebraeorum è vocu

l, origine somniarunt,

grandiorum gemmam lychitem, aut carbunculum illici-

loci, ubi homines habitarent, possum, ut eâ saltē ra-

tionē splendoris, aliiquid & luminis domicilium acci-

peret. Hoc certum, fenestram, quæ aperiri & claudi po-

tuerit in arcâ, patefaciam. Alphonſus Toſtatus existi-

mat fuisse foramen, non pellucidum, sed toto eluvio-

nis tempore clausum. Joannes Bureo, qui complura hic

bene adumbravit, fuisse unam tantum fenestram judi-

catur, eamque pellucidam in hominum usus: lumine non

egebant pecudes, quarum contignatio pæne toto nata-